

λόκος L. M. II, 405 cf. G. C. (scr. rush. ira); μάκελλα = μακ-ελ-ια. Φ 259. cf. μάχ-αιρα, mac-tare L. M. II, 200. 491; μέλισσα = μελιτ-ια L. M. II, 491; μέτασσαι, ι 221 = με-τακ-ια sc. οἶες (μετά) G. C., L. M. II, 491; μολύβδαινα Ω 80 μολυβδα-ν-ια L. M. II, 491 μολυβδος; νύσσα = νυκ-ια, νύσσω L. M. II, 405; ὄσσα = φοπ-ια, φοκ-ια. vox, fama, L. M. II, 405; πέζα = πεδ-ια Ω 272 L. M. II, 404; πεῖσα = πειθ-ια υ 23 L. M. 405; πέλλα Π 642 L. M. II, 249: πελ-φα, pelvis Π, 405: πελ-ια(?); πίσσα = πικ-ια cf. pix, Pech. Δ 277; πότη-να = ποτ-νια; πτέρνα Χ 397 (scr. pârshni-s, goth. fairzna Ferse.) πτέρ-να L. M. II, 191; ῥίζα = ριθ-ια rad-ix. L. M. II, 404; σχίζα = σχιδ-ια. σχίζω (cf. scandula, scindula: scindo), L. M. II, 404; τράπεζα = τετρα-πεδ-ια. mensa quadrupes. L. M. II, 404; τρίαίνα, τρια-ν-ια. tri-dens. L. M. II, 491. 628. [φάσσα palumbes cernitur in ad-iectivo φασσοφόρος.] φύζα = φυγ-ια. φυδ-ια. L. M. II, 404; φῦσα L. M. II, 416 = φυντια(?) G. C.: φῦ-σα rad. spu: spirare scr. pupphu-sa-s pulmo; χάλαζα = χαλαδ-ια L. M. II, 404; χλαῖνα = χλα-ν-ια L. M. II, 405 cf. χλα-μύς.

Terminationum ratione habita inter se comparari possunt:

1) ἄζα, πέζα, ῥίζα, σχίζα, τράπεζα, φύζα, χάλαζα quae nomina, si φύζα excipis, omnia e radicibus dentalibus orta sunt eademque primitiva.

2) δέσποινα, θεία, μολύβδαινα, τρίαίνα, χλαῖνα. haec nomina videntur esse denominativa, per νια suffixum a nominibus derivata excepto uno χλαῖνα, quod est primitivum.

3) ἄελλα, θύελλα, μάκελλα, πέλλα. nomina primitiva, quorum tria priore loco enumerata eiusdem suffixi videntur esse.

4) ἄνασσα, (γλῶσσα), θάλασσα, κρόσσα, λύσσα, μέτασσα, νύσσα, ὄσσα, πίσσα e radicibus gutturalibus, βῆσσα, γλῶσσα(?), μέλισσα e radicibus dentalibus orta sunt; ἄνασσα, λύσσα(?) μέτασσα, βῆσσα, μέλισσα denominativa, reliqua primitiva esse arbitror.

5) αἴθουσα, αἴσα, πεῖσα, φῦσα nihil inter se habent simile nisi exitum, omnia videntur esse nomina primitiva.

6) ἄμαξα, δίψα, δόξα difficillima sunt ad explicandum primitiva. De ἄμαξα G. Curtium sequor; δίψα et δόξα nescio, quomodo explicem, nisi forte credet aliquis δίψα, δόξα e formis διπ-γα, δοκ-γα esse facta (cf. Νάξος: Να-κ-ιος).

7) πότνα, πτέρνα si inter se comparantur, existit quaestio, num πτέρνα nomen eodem modo ortum sit e forma πτερ-νια quemadmodum πότνα e forma πότνια.

8) Animadvertas vocem ἄκανθα repugnare regulae, quam supra de substantivis fem. gen. in ἄ exeuntibus proposuimus, item non videtur ea regula pertinere ad voces αἴσα, ἄμαξα (δίψα δόξα), πτέρνα, φῦσα.

Placuit hoc loco statim addere adiectiva (5), quorum apud Homerum feminini tantum generis formae reperiuntur: ἀμφι-έλισσα sc. ναῦς = ἀμφι-ελικ-τ-ια, navis funibus circumligata, funes illos intelligo, qui ὑποζώματα vocantur. έλίσειν cf. 4; ἀργυρό-πεζα, κυανό-πεζα Α 629 cf. 1; πρέσβα (cf. πρεσ-βύς. G. C.) = prisca, veneranda. πρεσ-β-φα. si G. Curtii sententiam sequimur, latet in πρέσ-βα (πρέσ-γα) antiquissima huius vocis forma. L. M. II, 417; πρόφρασσα cf. 4. = προ-φράδ-ια 'vor-sorglich'. (Ameis.) ea quae praemonstrat, quid sit faciendum. φράζειν monstrare.

IV. Substantiva in η exeuntia. (56) ἄγη (ἄγα-μαι) cf. G. C. 158; ἀγκοῖνη = ἀγκον-τη, ἄγκων; ἄρη cf. nomina in ρη exeuntia; ἄλη (ἀλά-ομαι); ἀλή refugium cf. nomina in έη exeuntia; ἀνάγκη Lobeckius Rhemat. p. 266 hoc nomen existimat aut ab ἀνάσσειν derivatum esse aut cum Buttmano II, 314 suspicatur ab ἄγειν per reduplicationem quandam. Fortasse potest ἀνάγκη conferri cum aoristo ἐνεγκ-εῖν, quemadmodum 'fors' 'fortuna' cum ferendi verbo